

**www.e-rara.ch**

**Nodus praedestinationis ex sacris litteris doctrinaque SS. Augustini, & Thomae, quantum homini licet, dissolutus**

**Sfondrati, Celestino**

**Romae, 1696**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26050>

Pio & erudito lectori.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# Pio, & Erudito Lectori.

F. Jo: Damascenus Ordinis Min. Convent.

**P**ostremum piiissimi Auctoris, & dignitate Eminenti-  
tissimi, en tandem Opus in lucem prodisse conspicias  
Lector; ejus probè vndequaque Auctoris clarissimi,  
qui Romanos inter Purpuratos, cum lucis hujus fruere-  
tur usura, tanta meum respexit obsequium clementia, ut  
tenuitatem qualemcunq; meam operi imprimendo prae-  
ferret, pro ceteris pluribus indies imprimendis, & curam  
commisurus, & inspectionem. At (prob dolor) imma-  
turo eripiens mors ictu, in uno SFONDRATO erepto,  
quanta eripuit bona! Erant inter cetera dissertif-  
simus De Opinione probabili Tractatus; Dissertatio-  
nes eruditissimae duae contra Haereticos De Baptismo In-  
fantum: Apertissima De Atheismo parabatur Historia.  
Remediis fecundissima contra pestilentem Librum Hei-  
deggeri Tigurini, cui titulum fecerat, Meretrix Apoca-  
lyptica, Dissertatio afferebatur: Itemq; Commentaria  
in Jus Canonicum eodem quinquennio, quo Saltzburgi  
illud explicuerat, in tres digesta Tomos elaborata, expo-  
nebantur; Quae omnia unà cum ceteris prae laudati Au-  
ctoris MM. SS. Sanctissimi D. Nostri INNOCETII XII.  
jussu, Eminentissimo, ac omnigenae eruditionis peritissi-  
mo Cardinali ALBANO Apostolicorum Brevium Secretario  
credita sunt. Quoniam verò extremo, & inexpectato ere-  
ptus fato Auctor nunquam satis laudatus extremam eis  
non imposuit manum, meas ideo duxi partes, ut de qui-  
busdam, quae pro hoc opere necessaria videntur, manu  
plena unumquemque edocerem.

Primo igitur Auctoris finem, & mentem perscrutatu-

rum admones; ut prius de morum pietate, cœlestis amoris ardore, divina gloriæ Zelo, omniumq; salutis desiderio, qua Ecclesiasticum quemq; decent, & tanto in viro apprimè fulserunt, se certiozem reddat; Qua re quidem cognita, facile qua mecum acta de ipso referam, credet, & Regulam sibi in iudicando constituet. Illum namq; sæpe sæpius (ac tùm præcipuè, cùm in Arce Castri Gandulphi, quò aëris mutationis gratia diverterat, ad ejus admissus sum obsequia, propiorq; moralium virtutum in litteratissimo Homine admiratus sum ornamenta) piè ita mecum differentem audivi: Se cum Scholis contrarium de Prædestinatione, & gratia sentientibus, ut contentionis funem duceret haud scripsisse, sed præcipuè in Votis habuisse, ut ii, quibus, juxta expressa in hoc Opere principia, Verbum Dei de Prædestinatione factum esset, magis divinæ Misericordiæ in nos miseros magnitudinem admirarentur, ac sese strictiori semper charitatis vinculo in Deum devinciendos, cœlestis Beatitudinis spe erigendos, nec non Summo & Infinito Bono per opera conjungendos agnoscerent; prout etiam Genevensis ille Antistes Sanctissimus Franciscus Salesius, & credidit, & lib. 5. de Amore Dei cap. 3. testatur, & ad Patrem Leonardum Lessium ex Societate Jesu scribens, in nostri Auctoris sententia circa Prædestinationem, hominum memoriæ consignavit. Quòd si, quis quis es, tantum Opus lecturus, unà cum Opere nuncupativam, quam ipse penè moriens dictavit Epistolam, leges, finem, & obiectum idem cognoveris necesse est; Hocq; tibi ut magis pateat, ea in parte Librum attentius percurras, qua Asceticis Apphorismis intellectum illuminat, & voluntatem ad Dei amorem accendit.

Verùm ut Lectoris admirationi occurram in iis, qua quodammodo Operi deficere videntur, eum monitum volo, me servatis servanda, cùm agrotare Auctor Emi-

*uentissimus ceperit, jam hujus Operis impressioni ma-*  
*num admovisse; Illum verò in Paragrapho tertio primæ*  
*partis describendo, in quo ab origine Mundi ad hanc no-*  
*stram usque ætatem longa, nec non erudita historiarum*  
*serie, Dei gratiam etiam obstinatissimis Peccatoribus*  
*non deesse conabatur ostendere, occupatum, & Annum*  
*sexagesimum sextum supra trecentimum Æræ Chri-*  
*stianæ affectum, urgente morbo decubuisse, & cre-*  
*scente occubuisse. Sed quod Græci adagium usurpant:*  
*Αγλαὴν ἥρωα πόλεμῳ ἐδεδως σερῶν, videlicet, Illustrem He-*  
*roem bellum nulla re privat, in piissimo & litteratissi-*  
*mo Heroe probatum est; Humanæ namq; Vitæ finem ipso*  
*in mortis agone expectans, totus erat, ut finem suum as-*  
*sequeretur, hoc est, Operis hujus impressionem; Unde cum*  
*jam pridem CARDINALI LEANDRO COLLOREDO non minùs*  
*dignitate, quàm pietate Eminentissimo super hoc enicce*  
*vota sua contulisset, humillimas tunc etiam suas preces*  
*Sanctiss. D. Nostro INNOCENTIO XII., Benefactori suo*  
*munificentissimo, nec non Serenissimo, ac Piiissimo COSMO*  
*TERTIO Magno Etruriæ Duci transmisit, mibiq; ut præ-*  
*viribus ceptam editionem curarem, indixit, prout eorun-*  
*dem Principum auspicio sum affectus.*

*Huic insuper Operi illustrando fuit quidem ea inten-*  
*tione Auctor, ut Polemico-Historicos adderet pro dis-*  
*solvendo Prædestinationis, gratiæq; Nodo secundæ par-*  
*tis Paragraphos; Verùm cum in iis parandis noctes*  
*San-Galli absumeret, diuturnos optimi Principis, &*  
*Pastoris pro Populo, proq; suo Grege impendens labores*  
*per INNOCENTIVM hujus nominis XII. purgatissimo in*  
*cognoscendis, ac librandis Perspicuorum Virorum vir-*  
*tutibus judicio, proq; præmio afficiendis Mæcenatem*  
*nulli secundum, Vaticana exornatus Purpura, iter*  
*Romanum est aggressus.*

Ceterum inaudita ne judices parte, mi Lector, advertas, quaeso, Clementis Alexandrini lib. 6. Strom.  
*Dei* Non enim improbari, ac damnari aliquid potest, nisi prius cognitum sit: Hinc de exhibito Opere judicium suspendas, donec totum percurreris, interdum enim textum solvit contextus; Quin delectationem cum doctrina exhauries, ubi exquisito omnia leges stylo conscripta, sacra Patrum eruditione referta, ac Theologico, solidorum innixa fundamento. Quod si inter legendum Typica, prout solent in unoquoque Opere, occurrent errata, gemens sub Torculari Opus ad sui vitam, debuit & gemuisse proprii Parentis ad mortem; Non levis quidem jactura, nec minor pro detergendis lacrymis Correctori ab impressione distractio. Quae satis prudenti ad excusationem notitia. Crassiora quae sunt, apposita ad Operis calcem notula indicabit, & corriget. Auctoris mentem, & finem interea grata habeas, quia sancta, quia ad Animarum profectum, & tranquillitatem praecipue directa; Quibus factis respondere si studeas, felicitatem, quam toto auspico animo, assequeris.